

Has autem Reformationes, cum edita fuerint, antequam Superioribus exhibeantur, personis harum rerum scientia præstantibus, ac potissimum, si fieri possit, ejusdem Ordinis Monialibus significari necesse est, ut tamquam simplex Monialis abhi degat; pensionem autem 300. librarum adeo modicam esse, ut non minus in earum Monasterio impendere possit; si ibidem remaneret; illaque sibi domicilium eligere velit.

Quoad questionem secundam, respondetur Constitutiones has, cum approbatae fuerint, ne dum Monialibus novam peccandi occasionem præbeant, potius in causa fore, ut illa majorem in dies perfectionem, novamque coram Deo meritum consequantur, quippe quæ, novis Constitutionibus sibi faciem præterentibus, suis quæque numeribus melius fungentur, quin ulla tamen imminuat peccati poena, quia nempe eadem reformationes non nisi in consilio ac directionis modum instituantur, ut nimirum Monialibus ad partes suas perfectius expendas, propriæ status rationem magis magisque tenendam interservent. Hinc illud inferitur, harum reformationum transgressionem, atque in iis servandis negligentiam peccatum non fore, nisi ob formalem contemptum, vel alia qua alia de causa. Et sane de iis idem iudicium ferendum est, ac de complurium Monasteriorum Constitutionibus, que nullam peccati poenam adjunctam habent, seu sub peccato non obligant, sed Directorii tantummodo rationem habent, sicutque potius consilia; que Religiosis personis ad propriam Regulam perfectius custodiendam proponuntur, quam Statuta, ac præcepta.

Ex hæcenus dictis facile intellectu est, haud in ejusmodi facti specie Leges onerosas esse, ac ne dum perfectionem instituant, eam potius de medio funditus tollere. Monasterii, de quo agitur, Superiores doctrina magis ac prudentia polent, quam ut ab iis, secus atque expositum est, regule proponantur; quas proinde Moniales he suis Superioribus, ut eas approbent, exhibere, easque scripto exaratas tenere debent, ut perfectius & uniformius easdem custodiant.

Decisum Parisiis die 20. Novembris an. 1703. G. Fromageau.

CASUS LIV.

Monialis Priorissa resignans, pensione sibi reservata,

- 1. Priorissa in titulum Religiosæ Communitatis resignare coacta, quoad apud Communitatem ipsam testimo audiat, jure medietatis pensionem ex proprio Beneficio percipere potest, ut in alio Monasterio se se recipiat.
2. Curare debet, ut Romana Curia provisione pensionibus Litteris confirmetur, scilicet pensione spoliarî possit.

QUÆSITUM.

Monialis ex Abbacia, ut in Monasterio Ordinis S. Benedicti Priorissa Titularis esset, eadem renuntiavit, Prioratum acceptans, juri ad Abbaciam, in qua Professionem ediderat, regrediendi. Possedit Beneficium triennii spatii; sed semper Monialibus reluctans, atque ut animo sunt ab ea maxime alieno, tum per se tum per interpositas personas eadem significare nunquam cessans, omnino par esse, ut se subducat, quippe qua, earum quidem iudicio, Monasterio regendo inepta sit. Superiores ipsi in Monialium sententiam descendunt, ac Priorissæ declarant, e Conventus bono esse, eam abdicare.

Perissimum ea quidem habet, id injuria ex se requiri, & cum ea sentiant non pauci pietate ac virtute præditi viri; sed intelligunt se Monasterio utilem esse non posse, nec imperitandi studio affecta, Moniali probatissime, quam Superiorum estimatione ac probatione gaudere novit, Beneficium suum resignavit.

In hac resignatione sibi 400. librarum, quas ad 300. deinde rededit, pensionem retinuit, quam quidem justam & canonicam credidit.

I. Quia ipsa ad pristinum suum Monasterium redire non potest, cum regressus sui renuntiaverit.

II. Quia non ideo recedit, quod nolit Monialibus deservire, sed tantum ut eis obsequatur, & gratificetur.

III. Quia cum necesse sit sibi, unde subsistat, suppeditari, non potest id sibi aliunde quærere quam ex Familia, quam deserit.

Hæc tamen pensioni refragantur Moniales, agentes, I. Eam non ultra triennium Monasterio deservisse; quod ad pensionem exigendam non sufficit. II. Monasterium inopia laborare; se tamen paratas esse Priorissam simplicis Monialis titulo retinere. Reponit ea se

ad eas non venisse simplicis Monialis nomine, sed ut Priorissa foret, & Familiam reformaret; cum porro id e voto non cesset, Monialium culpa, que ipsam abire cogunt, sibi proinde a Familia solvendam esse pensionem, ut tamquam simplex Monialis abhi degat; pensionem autem 300. librarum adeo modicam esse, ut non minus in earum Monasterio impendere possit; si ibidem remaneret; illaque sibi domicilium eligere velit.

Rogantur Doctores, ut difficultatem hanc expediant, designantque; videlicet an Priorissa terecentarum librarum pensionem ex Prioratu, quem resignat, percipere jure possit?

RESPONSIO.

Doctores Theologi subscripti putant, I. Priorissam minime debere sibi pensionem ex Prioratu, quem abdicat, reservare, siquidem ad Monasterium, e quo egressa est, regredi permittatur, eique jura, quibus antea gaudebat, restituantur.

II. Facta hypothesi eam ad illud Monasterium redire non posse, ex veteri consuetudine, ei satis justam causam esse, cur ex Beneficio, quod resignat, sibi modicum pensionem sumat, subventionis causa, & ne resignans animam patiatur dispensationem ex sua resignatione, ut in ejusmodi resignationibus declaratur; quoniam illa Beneficio se ad dicans non potest alia ratione propriæ subsistentiæ consulere; estque iustitia consentaneum id ei a Monasterio suppeditari, cujus Titularis Antistita est, quodque non deserit nisi Monialium id experientiam causa, & ut pacem in eadem Communitate tueatur.

III. Priorissam pauperatis, qua Familia laborat, ratione habita, debere pensionem, quam minimam potest, retinere, & id aliud monasterio percipere, quod absolute necessarium fuerit, ut in alio Monasterio recipiatur.

IV. Subscripti censent, pensionis in Romana Curia instituta solutioni Monialis non nihil refragari posse, nisi Priorissa initio statim ad Regem contulerit, & Litteras ad firmandam pensionem necessarias obtinuerit; secus enim Romanae Curie provisione tamquam ab abusu appellari possit, prout de pensionibus statutum est in Rescripto diei 24. Julii an. 1669.

Decisum Parisiis hac die 15. Julii an. 1674. Aug. de Lamer, de Burso. Le Feron, Piro, De Vascin.

CASUS LV.

Alia Monialis Antistita, que abdicat eum pensione.

- 1. Ad Prælationem in Monasterio obtinendam pensio circa summam offerri non potest.
2. Episcopus sua cælesti auctoritate usus non potest Antistitam ex triennali perpetuam facere.

QUÆSITUM.

Antistita Communitatis quadraginta seu quinquaginta ab hinc annis abique Constitutionibus instituta capit se cum pensione subducere; ejus postulat favet Episcopus. Electiva ac triennalis est ab origine Prælatio hæc. Quæ tamen proximè decesserunt Antistite duæ in perpetuum electæ fuerunt. Quia tamen ea Prælatio re quidem ipsa in Beneficii titulum erecta non fuit, Antistita, de qua agitur, puram tantum ac simplicem ejus dimissionem edere potest, ac si Ordinarius in animo habet ei pensionem statuere, id eo fit, quod illa pluribus in Monasteriis, quibus successivè præfuit, diuturnam atque utilem operam Ecclesiæ navavit; quod atque proposita ac valentinaria est; et quod extra Monasterium hoc, in quo quidem post dimissionem consistere nequit, non habet, unde subsistat. Id igitur Episcopo consilii est, ut Antistita, que succedit, hæc ipsi, que abdicat, pensionem, se ita jubente, persolvat.

Quamobrem quaeritur, I. an in proposita facti specie pensio hæc promitti possit?

II. An Ordinarius auctoritatis sua vi, nec expectato Communitatis consensu potest triennale Prælationem mutare, eamque perpetuam reddere?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiæ subscriptum, quod exposita & quaestio vidit, existimat quoad questionem primam, I. facta hypothese Monasterii consensu Antistitam se abdicare, ut subsistendi gratia sibi pensio statuatur, simoniam fore, que abdicantem, eleam, omnes denique, qui Conventum hujus participes forent, Juvenis penes obnoxios redderet. Distorta est in hanc rem Pauli II. Bulla,

Bulla, relata Exerat. com. c. cum desestabilo. Per electiones, inquit Pontifex, postulationes, confirmationes, provisiones, seu quosvis alias dispositiones, quas simoniacè contraxerit labi fieri, viribus omnino careant, in Ecclesiis, Dignitatibus, Personaribus, Officiis Ecclesiasticis, & quibusvis Beneficiis, aut aliquo eorum cuiquam jus nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad illorum omnium, que precipiunt, restitutionem sub anima sua periculo sit astrictus, statuentes, quomodolibet dando, vel recipiendo, simoniam commiserint, aut quæ illa fiat, mediatores extiterint, seu procuraverint, sententiam excommunicationis incurrant, a qua nisi a Romano Pontifice pro tempore existente non possint absolvi, præterquam in mortis articulo consistati. II. Quamvis nulla in hoc negotio vel expressa, vel interpretativa permissio, nulla pactio, aut conventio, nulla proinde simonia locum haberet, rem tamen a scandalo immutem non fore, quia videntes non pauci eam, que succedit, vel eos, ad quos ea pertinet, pensionem solvere, eam quidem non nisi precedentis conventionis vi solvi hæc proferri tenebatur: Itaque nec offerri pensio, nec concedi potest censetur. Sedes ipsa Apostolica refragatur, & ejusmodi conventionem tamquam abusu spectaret, ex quo quidem non leviter incommoda possent evenire, quia cum hæc pensio minime Beneficio nitatur, non nisi ex Monasterii bonis percipi possit, id quod magis difficultatis obnoxium foret. Quod si ex Monialibus, que Antistita crearetur, bonis eam sibi placeret, Summus Pontifex propositionem tamquam divino Jure simoniacam rejiceret.

Quoad questionem alteram: Ordinarius sua tantum auctoritate, ac citra Monialium consensum Triennalitate, ut vocant, in ea, in qua instituta est, Familia mutare non potest. Cum enim in hac consuetudine nihil sit, quod Juri repugnet, eademque in Religiosis Ordinibus bene multis obtineat, penes Episcopum ejus mutanda jus nullum est, nisi Moniales consentirent. Atque earum quidem consensu posito, ipse tamen tuta conscientia id facere non potest, nisi cum sedulo ponderasset, quod ad earumdem Monialium perfectionem utilis foret; ea quippe una & unica ratio est, qua Episcopus in hac facti specie moveri debet. II. In Monasterio, in quo regimini ratio certa, ac statuta non esset, in quo Prælatio modo triennalis, modo perpetua hæctenus existisset, in quo denique peculiaribus de causis nulla fuisset dispensatio, quæ quidem triennalis administrationis formam tantummodo suspendisset; post Episcopus electionem definire, ut nempe vel triennalis esset, vel perpetua, ita tamen, ut in quamcumque se partem determinaret, Monialium consensum approbationemque expectaret, atque ita malum anteverteret, quod pisset exillire, si secus ageret, nec attento, ut par est, animo rationes eas ponderaret; quibus regimini nititur ratio duplex, ut eligeret utiliore, eam scilicet, in qua hæctenus Familia se melius habuerit.

Decisum in Sorbona die 8. Februarii an. 1681. Aug. de Lamer.

CASUS LVI.

Moniales tres sorores, quarum una spuria est.

- 1. Consuetudo, que in Religiosis Communitatibus obinet, postrema privatur jure suffragii, quoad ex duobus prioribus altera, et vivis excesserit, optima est, scilicetque servanda.
2. Cum ex tribus sororibus senior Professæ spuria est, natalium defectus suffragii jus eidem non admittit; nihil sane, quod id animas, occurrat in Jure.
3. Quæ igitur cæterarum postrema recepta est, quamvis legitima, suffragii jure gaudere non debet.

QUÆSITUM.

In mitigatarum Benedictinarum Monasterio vetus obtinet consuetudo, ut cum ibidem tres sorores Professæ sunt, duæ tantum priores in Capitulo voce gaudent. Hac in re peculiaris difficultas occurrit.

Ibi tres sorores Professæ sunt, senior est spuria, utpote ante Patris matrimonium nata, alie duæ sunt legitime. Priorissa Titularis testatur, se, cum Professionem edidit junior, eidem significasse, non nisi fororum alterutra fato functa, activam ei vocem fore, eam porro ultra atque alacriter assensisse, ac vota, rebus ita se habentibus, edidisse. Sane Antistita declaratio in Capitulo non est edita, nullusque ejus Actus scripto exaratus fuit.

Contendit nunc temporis Monialis hæc sibi super hoc articulo nil dictum fuisse, seque proinde suffragii jure gaudere; Priorissa vero contra stat, atque in facti specie quaeritur.

I. An harum trium fororum una, communi Jure, voce privanda sit?

II. An priori voce adimenda, quia non est legitima, quamvis multo ante duas alias Professæ sit, & vocis activæ diuturna possessio fruatur?

Lamer Tom. II.

III. An cum soror hæc natu sit illegitima, non sit proinde servanda vox duabus aliis fororibus, que eo natalium defectu nequaquam laborant, & quæque propterea a priori quodammodo sejunctæ sunt, nulla habente ratione illius quasi separata & extranea? Quo in casu singulis tribus suffragia relinquere possent videntur; atque ita quidem Communitatis simul, atque harum fororum trium jus servaretur.

RESPONSIO.

Consilium Conscientiæ subscriptum, ut propositis quaestionibus satisfaciatur, animadvertit initio statim, eadem voce in Religione approbata Professionis vi ad Religionis comoda & prærogativas jus obtinere; de Jure communi activa & passiva voce gaudere; eligere & eligi posse cap. ex eo, §. in Ecclesiis de elect. in 6. Ex quo concludunt Auctores, et jus esse, potiori de causa, de cæteris Familie negotiis, qua minoris momenti sunt, deliberandi. Consilii in hanc rem possunt Pelizarius tom. 2. tr. 9. c. 8. sect. 4. n. 127. & Barbosa in laudat. caput. Statim a Professione ei jura adventant, nisi Regula, vel Constitutiones eadem jura possidendi tempus deficiant; ut videre est in familiis non paucis, in quibus Professæ nulla vox, nisi a Professione stato tempore; utpote in Jure Canonico nihil occurrit, quod impediatur, quominus ejusdem Monasterii Moniales forores tres habenda vox in Capitulo per per editam Professionem obtineant.

Nec dici potest trium, de quibus quaeritur, fororum primam ejusmodi voce privari, quod sit illegitima; nullo enim ex Canone propterea privatur, immo vero inhabilitas, vel irregularitas, ex defectu natalium proveniens per Religionem Professionem tollitur; atque adeo qui abque dispensatione ad Sacros Ordines accedere antea non poterat, post Religionem Professionem omnino potest c. r. decess. Presby. quod sane longe gravius quiddam est, quam in Capitulo voce gaudere.

Edidit quidem Sixtus V. Constitutionem, n. 71. v. Cum de omnibus an. 1587. qua personas illegitimas ad Religionem suscipiendam inhabiles declaravit; sed Gregorius XIV. & post ipsum Clemens VIII. in Bulla la. suprema n. 82. an. 1603. rem communi ordini restituerunt; atque ita persona illegitima potest vota edere, ac Religionis commodis & prærogativis gaudere, proflus ut ante Sixti V. Bullam poterat.

Hoc posito, respondetur, trium primam, quamvis illegitimam sua voce privari non posse, quia jandiu est, quod ejus possessio fruatur, & quia nullus, qui eam voce privet, vel in Jure, vel alibi textus occurrit; præterquam quod ejusmodi privatio eam quidem majore, quam tertiam dedecore, atque infamia afficeret, juxta tritum illud: turpius est, quam non admittitur. Quare fororum postrema suffragii jure privanda est, quia Monasterii, in quo ea versatur, id postulat consuetudo, ut ex tribus quatuorve fororibus ibidem receptis duæ tantum seniores Professæ suffragii jus habeant.

Porro mos hic, ut ex tribus fororibus aut quatuor vox sit penes duas tantum, nec novus est, nec Monasterio, de quo agitur, peculiaris. Sanctus enim Circolus Ab. Melchior. l. 6. tit. de puell. ad Relig. admitt. n. 4. prohibet, ne plures forores in uno, eodemque Monasterio, nisi certis in casibus, & hac ipsa conditione, recipiantur. Gavarrus in Enchir. v. Moniales, Novis, olim, n. 8. in medium afferit Congregationis Cardinalium diei 26. Augusti an. 1616. Declarationem, in qua statuitur, ut ex tribus fororibus Professis in eodem Monasterio existentibus duæ tantum priores voce gaudeant eademque Declarationem Barbosa tom. 2. de jur. Eccl. c. 44. n. 24. & Cardinalis Coradus l. 5. c. 5. de disp. Apost. in medium proferunt, eademque sententiam tuerunt.

Quamobrem cum mos hic in Communitatum favorem sit institutus, religiose servandus est, ut custodiatur libertas, impediaturque perturbatio & schismata, quæ sepe contingunt, cum in eadem regulari domo existunt persone plures, que natura, ac sanguine sociatæ, suffragii jure universæ ac singule gaudeant. Ac ne dum extendatur ac multiplicetur in dubio votorum numerus, ad hujusmodi personas quod attinet, restringendus potius est, atque id omnino servandum, quod non aliam ob causam, quam in Regularium Familiarum favorem est instituta. Cæterum Moniales tres, de quibus agitur, veri nominis forores sunt, & senior in hoc negotio tantquam legitima spectanda est; ex quo sequitur postremam Professionem voce privandam esse.

Ex rationibus ac testimoniis supra allatis rationi consonum fit, ut Superior & Communitas consuetudinem suam pro viribus servare conentur; atque in hac facti specie trium fororum prima in activa vocis possessione retineatur, in qua hæctenus extitit.

Decisum hac die 15. Septembris an. 1694. G. Fromageau.

Vide supra Casum LI. super hoc eodem negotio.

CASUS LVII.

Monialis, quæ propriâ pensionis administrationem sibi ipsi vindicat.

- 1. Monialis, cujus Monasterium corrigit, quæ a Rege pensionem obtinuit, quæque in alterius Ordinis Familiam non sine proprii Episcopi permissione se se recipit, hæc pensione juxta Ecclesiæ regulas uti debet.
2. Eam Cellararia, vel alteri Moniali ab Abbatisse electa committere debet. Expressa in hæc rem est Tridentina Synodus, cujus parandum est.

QUÆSITUM.

Monialis Ursulina, cujus Domus omnino collapsa est, a Rege bis mille librarum pensionem obtinuit, & cum eadem pensione in Cisterciensis Ordinis Abbatiam se recepit. Ducebat, in qua erat, Episcopus ei permissiones omnes necessarias concedit utendi pensione ad propriam sustentationem, & prout opus habuerit, sed ea conditione, ut eam dependentiam & subordinationem servet, quam Ecclesiæ regulæ, ac sacri Canonis præscriperunt. In hac facti specie hujus Abbatissæ Concellaria Moniali mandat, ut Cellararia pecuniam committat, inquitens, eam, ni faxit, in æternæ damnationis discrimine versari, seque ei nec absolutionem impertiri, nec Sacramenta concedere posse.

Ille vero persuasum non habet eum jure facere; putat e converso, se, cum non amplius in Professionis Familia sit, proinde pensionem suam, cujus libras centum supra mille Conventui solvit, in quo degit, quod superest, in propriam sustentationem cum modo se sine cupiditate, atque in nonnullis, quibus se obtrinxit, elemosinas conferens, ipsam per se administrare posse. Addit illa pergrave ac molestem sibi fore, ut Cellariam conquereret, quoties pecunia sibi opus esset, ac non temere se timere, ne sua ipsius pecunia in Abbatissæ commodum converteretur.

Querit ergo Monialis hæc: I. an ita, ut est exposita, suam pecuniam impediens quicquam faciat, quod paupertatis voto, quod edidit, adversetur?

II. An teneatur in foro conscientie eam Abbatissæ committere?

III. An Concellaria ei ob hanc causam absolutionem, & Sacramenta negare possit?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiæ subscriptum, quod exposita vidit, & expendit, existimat, Monialem, quæ consilii, uti non posse pensionem, quam obtinuit a Rege, nisi juxta Ecclesiæ Regulam, quæ continentur in cap. 5. Sess. 25. Tridentini Concilii, ubi Regulares & Moniales jubentur nihil secum retinere, sed omnia sua bona Superiori tradere, qui ipsis eorum usum concedens impedire debet, ne quid exiliat paupertatis voto contrarium, ac ne quid supervacaneum, ita tamen, ut nihil necessarium ipse unquam denegat. In altero capite Synodus id ipsam persequitur, quod capite primo inchoaverat, mandataque, ut Religiosæ omnes personæ eam Regulam accurate custodiant, quam sunt professæ. His principiis positis, ad Monialis, quæ consilii, quaestiones respondetur, eam nempe propriæ pensionis pecuniam retinere non posse, sed omnino oportere, ut eam vel Abbatissæ tradat, vel Moniali ad id nominate, ad quam spectabit, ei, quicquid necessarium fuerit, suppeditare, ut Tridentina Synodus definit: cum hoc tamen discrimine, quod cum Monialis Pensionaria Monasterio addita non sit, ei proinde pensio incorporari non potest, quippe quæ Monialem ipsam, quo se cumque contulerit, sequi debet. Ratio porro, quam allegat, se nempe in Professionis Monasterio non amplius existeret, non efficit, ut ne ea, quæ cetera, sollicitudine paupertatis votum, quod edidit, fervare teneatur, atque ita profus, ac si ibidem degisset. Cum enim rationem, quæ votum servandum est, Ecclesiæ præscriperit, haud privatorum est ob plus minusve involuntas causas secum hæc in re dispensare, omnino subeunda sunt ea, quæ statum, qui susceptus est, consequuntur. Neque vero Monialis hæc majore cum molestia ibi, ubi est, consistere debet, quoniam Abbatissam tamquam propriam Antistitam spectare debet, quæ proinde teneatur in id incumbere, ut ipsa Religiosam paupertatem custodiat, quemadmodum Diocesis Episcopus non obscure significavit, dum tradite permissioni conditionem paulo ante allatam apposuit. Nonnulli quidem Antistites, itaque magni nominis putant, post Tridentinam Synodum Regularibus permitti posse, ut peculium & habeant, & admittant; at Consilium sententiam hanc firmare non audent, non ignorans iudicium omnibus super hoc articulo in Romana Curia prolatis eandem sententiam rejectam esse, contrariumque decisum, ut ex Prospero Fagnano

in 3. part. 3. Decretal. de statu Monachorum c. Monachi licet

intelligi. Quamobrem idem Consilium non potest, quia hujus Abbatissæ Consilium laudet, probetque, qui ab hac Monialiibus Romane Curie Tribunalibus Legis loco est. Merito Concellaria Depositione nominat, indignatque, quod pensionem nominaverit. Obijcietur fortasse Concilium de iis tantum, non autem de cæteris; sed responderetur I. Synodum id hæc degere; hæc nimirum generalis regula est; II. in Conprehendi, earumque officia pro singularum statu censeri: Nimirum Regularium tam virorum, quam mulierum licent bona immobilia vel mobilia, cujuscumque qualitatibus fuerint, etiam quovis modo ab eis accepta, tamquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere, vel tenere, sed sacris Superiori tradantur. Decidit igitur Synodus, ne quid privatum, & tamquam proprium a Regularibus seu viris seu mulieribus possideretur; idque in eum finem, ut paupertatis votum accuratius servetur. Quapropter quæcumque Moniales velutur promissa facere, Synodi definitioni fideliter obsequentur.

Decisum Parisiis in Sorbona hac die 29. Octobris an. 1689.

Augustinus de Lame.

CASUS LVIII.

Religiosa, quæ ex Conversa fit Chori Monialis.

- 1. Puella, cui, ut ex Choro esset, nihil desuit præ datum, potest ejusmodi evadere, si Communis assensum præbeat, quamvis non nisi Conversa sit.
2. Rationi consensum fuerit, Breve, quod ejus mutationem continet, etiamque annua Probatione eximat, ibidem.

QUÆSITUM.

Cum Filia-familias in Conventu non admodum divite Religionem amplecti vellet, cumque consanguinei tunc quidem ei non satis dotis statuerent, ut illa Chori Monialibus adscriberetur, eam dotem, qua foret e Conversarum numero, suppeditarunt, obstricta fide dandi, cum possent, quod præterea ad Chori Monialem creandam requireretur. Hac ergo cogitatione Puella professæ est. Vicefimo octavo est annus, ex quo ea Familiae deservit, viribus magna ex parte in servitio consumptis; ut proinde consanguinei miseratione permoti, ac paulo melius habentes, quod dotis deest, Monialibus exhiberint: itaque Capitulum coactum est, & ex octo decim Vocalibus tredecim quidem consentiunt, alie vero quæ ob causas non satis charitatis consentanas repugnant. Queritur, an hæc Monialis rata conscientia in suscepto consilio persistere, atque amorem gratia uti possit, ut votum suum firmum damnetur?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiæ subscriptum censet, cum de rationibus iis non consistit, propter quæ Moniales quinquè pugnant, quominus Filia-Familias ad Chorum admittatur; cumque ei duplo major votum numerus præsto sit, potest proinde ipsam a Conversis ad Choristas migrare, omnibusque legitimis, congruisque rationibus uti, ut beneficium, quod Communitas se concedere velle non obscure significat, consequatur.

Sane ex Clementis VIII. Decreto die 19. Maji an. 1603. relato in Bullario num. 83. cujus Pelicariis mentionem facit Tom. 2. et. 1. c. 1. num. 8. ita statuitur: sed qui ad habitum Conversarum recepti fuerint, ad Clericatus statum transire, etiam durante tempore probationis, non possunt.

Vidi ægotem in Patris Matthæi Augustiniani manibus Bullam Clementis X. in Augustinianorum gratiam, Lugdunæ apud Anissonium typis impressam, in qua mandatur, ut Conversas, ad Regularis Clerici statum transire volens Pontificis dispensationem obtineat.

Id quoque convenit, contenti posse, ut Conversas in Regularium Clericorum album referri cupiens, novam fortasse Probationem consuecit ex Congregationis Cardinalium approbata Declaratione an. 1628. cujus de Peypino tom. 2. de Probatione, quæst. 3. c. 1. §. 5. n. 148. mentionem facit.

Sed responderetur, I. longe majus discrimen esse inter Præteriam Conversam, & Religiosam Clericam; quam inter Chori Monialem; & foretorem Conversam; adque non eodem modo utrobique sentiendum esse; & sane utrorumque obligationes magnopere differunt.

Præterea non agitur hoc loco de Conversa, quæ, ut non nisi Conversa esset, recepta fuerit; ea quippe ad Chorum semper contendit, nihilquæ aliud obstitit, no eo perveniret, quam quod consanguinei satis dotis eo tempore suppeditare non

non possent. Nunc vero ei factet votorum pluralitas, assentitur Superior; dotis satis est, ipsaque est eo dignior, quod per annos viginti octo Familie deservit.

Responderetur secundo loco, Peypiniam, qui ejus suppositæ Declarationis mentionem loco, ut ipsum asserere, ut ea certa foret, (quod tamen in dubium revocatur) praxim quidem ei repugnare.

Sed tandem ne quis reclamandi locus superest Monialibus quicquæ contra stantibus, utque omnis omnino scrupulus evellatur, par erit, ut Romana Curia adcuratur, ac Breve obtineatur, cujus vi Monialis hæc ad Chorum gradum faciat, & a novæ Probationis obligatione eximatur.

Decisum die . . . Julii an. 1700. G. Fromagenau.

CASUS LIX.

Monialis, quæ in humana societate minus honeste vixit.

- 1. Monialis Professionem infamia nullam non efficit.
2. Quæ in eo statu professæ est, potest jure suo Capituli interesse, quod ejus infamiam Superior declaraverit.
3. Cum infamia declarata est, Monialis activa & passiva voce privanda est.

QUÆSITUM.

Est in Regulari Familia Statutum, quod a Professione Puella infamia notata arceat. Priorissa in cujusque Monialis Professione, interrogat, quicquam non habet, quod alicui Familie Statuto adversetur: ac puella respondente, nequaquam, declarat Priorissa Communis nomine eam a se quidem recipi ea conditione, & non aliter, ac puella acquiescit.

Recepta est Puella nescio quæ cum clausula jam declarata. Aliquanto post Professionem innotuit, eam, cum in humana societate versaretur, ex Presbyteri turpi commercio suscepto filio, Matrem extitisse. Id in presentia Communis probe novit. Quamobrem queritur.

I. An hujus Monialis Professio rata, ac firma sit?

II. An, quamdiu ejus infamia occulta fuerit, Capitulis interesset, & una cum cæteris deliberare poterit?

III. An, infamia jam detecta, activa & passiva voce gaudere debeat.

IV. Quomodo Superior in hac facti specie se gerere debeat?

V. An Electiones & Professiones, quibus ea interfuit, valida sint?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiæ subscriptum hand censet Monialis hujus Professionem nullam esse, quod infamia notam ante Professionem minime declaraverit.

Ratio est, quia communi Jure Professionem invalidam infamia non efficit. Sixtus V. in Bulla 71. an. 1588. edita inter eos casus, qui Religiosam Professionem nullam reddunt, infamiam referre voluit; sed hanc Bullam temperavit, & ad Jus commune redegit illa Bulla, quam Clemens VIII. an. 1602. vulgavit.

II. Cum nihil in Jure sit, quod evincat infamem emittende Professioni inhabilem esse, id non nisi peculiaribus, expressisque Statutis, a Sancta Sede approbata declarari potest. Jam vero in expositione non dicitur, Familie Statutum ejusmodi esse, ut casus irritans infamia sit; sane in Professionis formula testatur Professæ se infamiam nota non laborare, ac Mater Priorissa eam a se hac tantum conditione admitti pronuntiat; sed Professio nulla fore non dicitur, si puella mentita sit; ac si id in Statutis occurreret, necesse foret ea quoad hunc articulum a Sancta Sede approbata fuisse, ut communi Juri derogare possent.

III. Ut ita omnino se res haberent, ac Jus infamiam causam irritantem esse decideret, non proinde tamen Monialis Professio nulla esset: ratio est, quia Professionis tempore non dum infamia nota erat, ejusque peccatum publicum, ea quidem publicitate, quæ reum infamem efficit, & ut ejusmodi habeatur, in causa est. Atque id quidem, ad quaestionem primam quod attinet.

Responderetur ad secundam, licuisse Moniali vocem in Electionibus exhibere, & in Capitalis, quæ habita sunt, una cum cæteris deliberare; id quidem dicta consequatur.

Responderetur ad tertiam, Monialem hanc, donec ejus infamiam Superior declaraverit, activa & passiva voce gaudere posse; tum vero privanda erit, tum ob criminis, quod publicum evasit, gravitatem, tum quia illa Communis fecerit. I. Digna est, quæ activa voce privetur, quia electio ex Jure cap. solus de sens. excom. in 6. legitimus Actus est; porro Lamez Tom. II.

infamis persona legitimam Actum edere nequit ex Decretali c. Seditiosus de rescript. II. Eam passiva quocumque voce spoliari par est, ut nempe ad nullum officium, quod cum aliqua præstatione, seu cum aliquo honoris gradu conjunctum sit; ea tantum Officia, quæ nullo peculiari titulo conjunctum sunt, quæque simplicis Obedientiæ dicuntur, ei demandari possunt; & sane tritum est illud ex 87. Juris Regula, Dignitatum januam infamibus patere non debere. Id declarat expressis verbis in Decretali c. Inter dilectos, de excess. Prælat.

Ad quartam responderetur, Superiorem pati non debere, Monialem hanc, ut cum aliis de Monasterii negotiis deliberet, ad Capitula accedere, quoad eam ipse redintegraverit; eam tamen ab hac pena solvere potest.

Ad quintam, Monialem, cum, servato Juris ordine, voce privata non fuerit, vocem suam ad Electiones, & Professiones conferre potuisse; nullumque proinde locum scrupulis superesse.

Decisum Parisiis die 15. Julii an. 1691. G. Fromagenau.

CASUS LX.

Monialis, quæ morti proxima Professionem emittit.

- 1. Puella, quæ post Probationis annum, & postquam rite ac rite recepta fuit, jam jam moriens, Communis assensum, & Professionem emittit, voce ac proprie Monialis est, nec vota publice repetere necesse habet.
2. Antistita, quæ pinguioris dotis cupiditate, per vim Regulari habitu eam spoliandam, & Monasterio extrudendam mandavit, in excommunicationem incidit; idemque sententiam de personis singulis, quæ in illata conditione patrem tenentur.
3. Confugiendum est ad Episcopum, ut puella Monasterio suo restitueretur, & in eas, quæ ipsam inde expulerunt, animadvertatur.

QUÆSITUM.

Cum Dominus M.... Secretarius Regis Cl.... filie in Monasterio S. Bernardi ejusdem Urbis Religionem amplecti volens votis annuisset, accessit illa, atque admittitur. Promittit Pater Antistita, ejusque Adfidentis, se datum 600. libras ob vestitionis impensas, & Novitatus pensionem, 1000. libras Professionis die ipsa, & libras 100. pensionis annuæ.

Puella hæc, expleto Probationis anno, ad Professionem admittitur Capitulari conclusione, quam Antistita, Novitia, Pater, Superior de more subscripserunt.

Cum porro ea inibi esset, ut eandem Professionem emitteret, in morbum, atque adeo in vite discrimen incidit. In hac rebus perturbatione vehementer edenda professionis desiderium testante Puella, Superioris, Antistite, omniumque Monialium unanimes consensus interfuit; ergo Superior coram universa Communitate recepit ejus vota, eidemque velum exhibuit. Non exessit ea quidem e vivis, jamque convalescens a Communitate probata est, ac perinde habita, atque alie Moniales Professæ haberi solent; sed cum Director ei auctor fuisset, ut vota sua solemniter renovaret. Idque illa Antistita significasset, accitum Puella patrem monuit Antistita, præter 500. libras quas jam tradiderat, & quarum fidem receperat, nisi 3000. libras Communitati persolveret, nunquam fore. ut ad novam, quam exoptabat, Professionem Puella admittetur. Ronuit pater, inquitens id pugnare cum jam inita conventionem, cujus vi nihil amplius, quam 1000. libras elemosynæ titulo, ac pensionis annuæ libras 100. id quod exequi paratus erat, solvere tenebatur. Et sane nulla interjecta mora Cathedralis Ecclesiæ Parocho libras 1000. concessidit.

In hac Patris oblatione, Antistita, cum in cubiculum, in quo aderant alie Moniales octo, Puellam ad se vocasset, eam peculiari auctoritate, ac nulla servata forma, iussit viva voce tum velo tum regulari habitu spoliari, ac secularibus vestibus rursus indui; quibus velatum ætatis, eam ad crates tractam, insepulchre manibus elatam homines duo extra Conventum ita posuerunt, ut ad patris domum regredi cogere.

Tertio post mense visum est Antistite Capitalarem conclusionem effingere, eademque in Acta referre, quæ pronuntiationem, fore, ut puella rejiceretur.

In hac facti specie rogatur Sorbonæ Doctores, ut solvant quaestiones has.

Nempe queritur ex Consilio, I. An non Monialis, quæ prout expositum est, vota edidit, vere ac proprie Professæ sit?

II. An si quid desit, hoad facti jus petere possit, ut suppleatur, votis solemniter renovatis?

III. An verbalem Sententiam Antistita proferre poterit, cujus vi puella spoliaretur, & extra Conventum poneretur, abique

abque ulla iudicii forma, solum quod agere ferret, Patrem 3000. libras solvere noluisse?

IV. An non ab hac verbali sententia, atque ab eius violentia, quam, se presente, Antistita factam voluit, executione tanquam ab abusu appellatio interjici possit?

V. An, Puella per Actum Capitulariter semel admitta, licet in Communitate palinodiam canere, Actumque a Superiore subscribitur rescindere, quamvis nulla alia deinde accesserit ratio, quam 3000. librarum denegatio? Atque an hæc mutatio post Superiorem, qui priorem deliberationem subscripsit, mortem fieri poterit?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientie subscriptum censet, filiam Domini M. . . . repelli non potuisse, & Moniales, quæ eam tam indigne expulerunt, incidisse in excommunicationem latam in cap. Si quis suadeat Diabolo 17. q. 4. & cap. Religiose 5. q. 1. de sententia excommunicationis in 6. Ita Pelizarius tom. 1. tr. 3. c. 2. q. 1. & tom. 2. c. 3. q. 16. tr. 10. c. 17. q. 15.

I. Post puella Novitiam, post quam illa Capitulariter a Communitate recepta est, Actusque Capitularis a Superiore subscriptus, Communitati ipsi non amplius integrum fuit eam repudiare, quoniam per eundem Actum in ejus futuram Professionem consensit; nec sine gravi causa Monasterium sententiam mutare potuit. Hæc mens est Juris, nullam mutationem publicato serutinio permittentis cap. Publicato, de elect. & cap. Nulli de elect. in 6. Nulli licere decernimus, postquam in serutinio nominaverit aliquem, & electio fuerit subsecuta, vel postquam profuerit electioni de ipso ab aliis celebrata consensum, illum super electione ipsa, nisi ex causis postea emergentibus, impugnare, vel nisi ei moram ipsius antea celata de novo pendatur improbitas, seu alicujus alterius latentis vitii, vel defectus, qui verisimiliter ignorare poterit, veritas reveletur, Id vulgo nimirum receptum est, & ductum ex Lege Nemo ff. de re judic. Nemo potest mutare consilium in prejudicium alterius. Potuit ergo puella edenda Professionis juri suo renuntiare, novisque rationibus extimulata alio propriae salutis curanda gratia se conferre; erat enim jus receptio gratia seu favor, quod tum respicere poterat, tum acceptare. At id ipsum erat quoad Monasterium obligatio, a qua se ipsum liberare non potuit absque puella consensu ex ea Juris Regula: Quod semel placuit, amplius displicere non potest.

II. Multo etiam minus potuit Monasterium Filiam Domini M. . . . repudiare, postquam in Superioris manu, & coram Antistita, multique Monialibus vota edidisset; neque enim eam Professam esse, nec ea omnia, quæ Professionis ratio postulat, præstitisse in dubium revocari potest. Religiosa Professio est propria persone in Superioris manibus Communitate facta traditio, simulque ejus ab ipsa Communitate facta acceptatio. Id autem omne occurrit in puella, de qua agitur, Professione. Neque vero inde probatur ejus vota, quod ab ea, cum prope animam ageret, emissa fuerint; si enim matrimonium, quamvis in mortis articulo contractum valet, quidni Professio, quæ spirituale conjugium est, quamvis morbi tempore emissa valeat?

Etiam si puella, de qua queritur, pater universam, quam promiserat, dotem nondum solvisset; non ea tamen legitima causa foret, quamobrem ea, qua expositum est, ratione repelleret. Poterat Conventus solutionem repetere, impetrato Judicis officio, quin ad eam vim deveniret, inquit Pelizarius tom. 2. tract. 10. cap. 3. q. 15. Quamquam constat plus ex parte postulatam esse, quam ipse promiserat.

III. Nihil est, quod ab excommunicatione possit eximere Moniales, eosque, qui in partem venire coactionis in filiam Domini M. . . . cum Moniales octo cum Antistita velum ei detraherent, eam Regulari veste spoliarent, & vi facta ad cruce duxerunt, unde homines duo, qui eo convenerant, indigne sublatam extra Monasterium posuerunt. Caput Si quis suadeat Diabolo, de quo supra, non ad eos tantum spectat, qui Religiosum, vel Religiosam percussissent, sed ad eos etiam, qui iidem vim inferunt, eos indigne excipiunt, vel Religiosa persone gravem injuriam irrogant: satis enim est, inquit Sayrus l. 3. c. 20. n. 14. ut ejusmodi persona graviter læsa censetur, eam quoad res ipsi adherentes læsam fuisse; quia si injuria persona, etiam mediocribus rebus adherentibus personis. Nil aliud in hoc negotio Moniales eas excusare possent, quam quod non facis, quid agerent, reputassent, vel quod in bona fide fuissent; At in expositione tale nihil occurrit, immo potius apparet eas suppositam deliberationem temere, & absque ullius Superioris auctoritate captam violenter executas esse.

Hoc postea responderetur ad consilientium quaestiones. Ad primam, Filiam Domini M. . . . vere ac proprie Religiosam esse, quamvis agrotans, atque adeo in extremis posita se votis obtinuerit, declaratis de causis; præterea prout quidem statuunt Auctores multi relati a Diana 3. p. tract. 2. resol. 17. & 5. p. tract. 3. resol. 139. Barbosa ad caput Ad

Apostolicam, de Regular. Pelizarius tom. 2. tr. 10. c. 5. q. 17. Novitiam mortis proxima Professionem edere potest, quamvis Novitiam sui tempus nondum expleverit, modo præscripta attendantur illi Pii V. Bulla, quam sibi favere contendunt; Nisi sententia hæc cum vero consensu, multo sine magis ejus Novitiam confecerit, & a Communitate, cum jam Actum a Superiore subscriptum edidit, recepta fuerit, sua vota pronuntiat.

Ad secundam; Ut dicta Monialis vota magis solemnia reddantur, eadem vota renovari non est opus; nihil his deest; vel Constitutiones præcipiunt, suppleri potest. Tertia factis est factum.

Ad quartam quod attinet, æquus sane est, & Ecclesie mentis conformis, cum de votis agitur, & de Professionis validitate, ut ad Episcopum, siquidem Monasterii Superior est, confugiatur, qui, si rem expositionis contentaneam invenierit, cum omnibus jurebus ac prerogativis Conventui Monasterii Constitutionibus Professioni deservit. Quoad rationem, qua Antistita ac Moniales cum hac puella se se gesserunt, mandabit Episcopus, ut in posterum abstinere a factis rationibus, quæ non modo expulsa puella injuriam afferunt, verum etiam Superiorum auctoritati, quæ contemptu ducta videtur in hac facti specie, in qua erat imploranda, quod porro spectat ad contumeliam, ac vim, quam Monialis passa est, penitentiam delicto respondentem Episcopus reis imponet, quæ nempe defences exemplo esse possit, atque impedire, quominus Moniales quicquam tale in posterum aggrediantur.

Ad quaestionem quintam per ea, quæ supra sunt dicta, responsum est.

Decisum hac die 26 Junii an. 1699. G. Fromageau.

C A S U S L X I.

Monialis, quæ proprii Ordinis Statuta mutare vult.

- 1. Monialis e Monasterio, in quo Professionem emisit, egressa, novo Monasterio, cujus institutum rationem nata est, habitum, Officium, Statuta, seu Mandata tribuere non potuit, quæ ab illi, qui in priore Monasterio observantur, alia fuerunt.
2. Puella in Monasterio, quæ Monialis hæc, aliter instituentem professam ad Episcopum accedere debent, ut Ordinis, quem eorum Fundatrix deseruit, habitum, Officium, Regulamque recipiant.

Q U Æ S I T U M.

Monialis S. Augustini Canonicarum Ordinem Professa, quæ cum Antistita, tum sua, tum illius culpa, concorditer versari non potest, e Monasterio egreditur, habitu proflus, alio quam Ordinis, qui albus est cum amictu, vulgo Rocheteo, sibi sumpto, scilicet nigro abique amictu, quem quidem cum bienni vel trienni spatio detulisset, quin omnino palam fieret, idem cum Antistita, vel proprii Episcopi obedientiam faceret, cumque ei ad alium Episcopum aditus aliquis pateficeret, in Episcopali Urbe Monialium, quibus Hospitaliaris nomen, Communitatem instituit, quin alium habitum præter nigrum, quem sibi sumpsisset, vel ipsa reciperet, vel receptis puellis imponeret, atque adeo fama est, eam de recipiendo Ordinis habitu cogitantem ab Episcopo monitam esse, sibi quidem non aliam, quam quem gerebat, habitum cotuendendum.

Id secundo loco venit animadvertendum, hanc eandem Monialem, cum se in novo suo Monasterio Antistita esse reputaret, divinum Officium, quod apud Hospitaliaris S. Augustini Moniales recitatur, ex parte mutasse, Officio Canonico multis anni diebus detracto, parvoque Beate Virginis Officio in ejus locum substituto.

Animadvertendum est tertio loco, Monialem hanc ipsam Ecclesiasticæ homine, cum se in Episcopatu plurimum poterat, duce ac magistro, Constitutiones ac Statuta ab illi, quæ in Ordine vigeant, longe alia fuisse; eaque inconfluta ac temere, quippe ab illi edita, qui, ad Regularis Familie rectum ordinem quod necessarium foret, penitus ignorarent; ut proinde nihil aliud, quam quod Monialium unicuique placeat, ibidem servaret, nec alie Monialibus Constitutiones vel Sanctiones sint, quam prout Monialis singulari, vel cuique Antistite in mentem venerit; & quod inde consequitur, nullum adde solidum, firmumque principium, quo Superiores & Confessarii miti possint, ut eas ad perfectionem, quam ipsarum status postulat, instituant, ac veluti manducant. Quar.

Quarto loco animadvertendum dignum est, ex hac tam male instituta Communitate egressam esse Monialem, quæ aliud Monasterium in eodem Episcopatu cum habitu nigro & Constitutionibus istem fundavit.

In præsentia hujus secunde Communitatis Moniales id habere sollicitas, quod in ejus, unde egressa sunt, institutione contigit, nec habitu, nec Officio divino, nec Sanctionibus & Constitutionibus Ordinis Sancti Augustini in ea locum habentibus. Lateranense Concilium cap. 13. omnem novam Religionis institutionem prohibet; Ne nimia Religionum diversitas gravem in Ecclesia offensionem inducat, prohibemus, ne quis de veteri novam Religionem inveniat; sed quicumque voluerit ad Religionem converteri, unam de approbatis assumat, & similiter qui voluerit domum Religionis suavitæ de novo, Regulam & Institutionem accipiat de Religionibus approbatis. Animadvertendum est in verbis; I. Religionum diversitatem a Concilio prohiberi; II. Idem Concilium statueri, ut, dum Regula suscipitur, suscipiatur ex Ordine jam instituto cum Institutionis habitu, quique eidem ab origine præscriptus fuit, tanquam nota necessaria, quæque character, quo a cæteris Ordinibus feceretur. Neque omnino ab Officio, Statutis, & Constitutionibus, quibus universa cujusque Ordinis perfectio ac ratio continetur, est recedendum, ut ex omnibus Religionibus reformatis, exempli causa Capuchinorum, Recollectorum, Penitentiarum, Minorum, Carmelitærum, Benedictinorum, &c. licet intelligi, tum quoad habitum, tum quoad alia, nisi ad se expressa permittit Pontificis. Id vero adeo necessarium est, ut, cum S. Augustini Hospitaliaris D. . . . Prælatum ex perpetua in triennalem mutaverit, inibi fuerit, ut in Romana Curia damnarentur, ejusque mutationis approbationem non nisi admodum agere, ac post vehementes sollicitationes obtinere poterit.

Quamobrem posterioris hujus Communitatis Moniales e prioribus egressæ, cujus institutio facta est, ut diximus, abque Officio ac novarum Constitutionum approbatione, tute institutionis, rectæque Reformationis desiderio permota quarant, I. an non possint, atque adeo debeant habitum Ordinis S. Augustini, Officium, Statuta, & Constitutiones, quæ ibidem obtinent, a proprio Episcopo postulare, seque cum aliqua Ordinis Communitate a Romano Pontifice approbata, & Episcopi auctoritati subiecta conjugere?

Id autem queritur in nonnullarum Monialium gratiam, quæ quidem agere ad mutationem adduci possunt, sed eam tamen æquo animo, si ita sibi opus esse intellexerint, amplectentur; juverit etiam cognoscere Doctorum sententiam, Episcopo significandam, ut ad mutationem, quæ proponitur, ejus animus comparetur; qui quidem aliquando haud facile assentiri possent, ratione habita Decessoris, cui depravatione in Communitatem duarum, de quibus agitur, institutione occurrentes probate sunt.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientie subscriptum, quod propositam facti specie videri, existimat, Moniales, quæ consulunt, cum sub Antistita Ordinis Canonicarum regularium S. Augustini Professionem emisissent, necessario hujus ipsius Ordinis esse, quoniam in Antistita potestate non est positum, ut alii Ordini, proprio repudiato, se se conformet. Præterquamquod ex Lateranensi Concilio sub Innocentio III. quod referunt in titulo de Religiosis domibus in Decretalibus Gregorii IX. & ex Lugdunensi Concilio sub Gregorio X. eodem titulo in 6. nove Religiones institui nequeunt; & ex Jure Canonico vota solemnia non nisi in Religione, quam sancta Sedes approbaverit, emitti possunt, ut videre est cap. unico, de voto & voti retempti. in 6. Illud Religiosi votum, Capitis verba sunt, est solemnè, quantum ad dirimendum matrimonium solemnizatum post Professionem expressam, vel tacitam factam alicui de Religionibus per Sedem Apostolicam approbata. Id ipsum in laudatis Conciliis Lateranensi & Lugdunensi statutum; in priore quidem; Quicumque ad Religionem converteri voluerit, unam de approbatis assumat; similiter qui voluerit Religiosam domum de novo fundare, Regulam, & Institutionem accipiat de approbatis; in posteriore autem, quod in texto Decretalium titulo de Religiosis domibus recitatur, habentur hæc: Religionum diversitatem vitandam, ne confusionem inducat; generalis Concilium consulto prohibebit eorum solennium multiplicationem excessivam; verum etiam præsumptivè remissionem diversorum Ordinum, præcipue Mendicantium esse non quasi multitudinem advenire; repetita Constitutione districtius inhibentur, ne aliqui de casero novam Ordinem ac Religionem adveniant, vel habitum nove Religionis assumant; cunctas Partim Religiones, & Ordines Mendicantes post dictum Concilium advenirent, qui nullam confirmationem Sedis Apostolicæ non meruerint, perpetua prohibitioni subijcimus, & quæ nos præcesserunt, revocamus.

Hinc apparet, nec novas Religiones institutas, nec alium habitum sumendum esse, sed eum retinendum, qui receptus est per ejus Ordinis Regulam, cui se quisquam addidit, vel cui se addidit in animo habet; ac verba hæc, novum

habitum, nihil aliud esse, quam explicationem verborum illorum, quæ leguntur in Lateranensi quarto Concilio; Regulam, & Institutionem accipiat de approbatis; quæ quidem verba complectuntur ea, quæ servantur in unaqueque approbato Ordine, qui sæpe non nisi habitu, & Constitutionibus ab alio distinguitur. Hæc nimirum Constitutiones a Sancta Sede approbate distincte sunt inter Ordines, atque adeo non alia, quam sancta Sedes auctoritate mutari possunt. Quamobrem Tridentina Synodus Sess. 25. de Regularibus cap. 1. mandat ut Regulares omnes ad proprie Regule observantias se redigant, prout eorum peculiaris Ordo a cæteris Ordinibus omnibus etiam habitus, & vite ratione fecerunt; atque ita quidem mandat, ut significet, se non tam generale, multique communem Regulam spectare, quam vota addita peculiari observantia, quæ Ordinum differentiam ac diversitatem producit; omnes enim conveniunt in votis tribus, quoniam quisque Ordo eadem emittit. Ex quo fit, agendi rationem, qua priores Monasterii Hospitaliaris usæ sunt, maxime irregulares fuisse; in ea enim facta est Constitutio, Officii divini, habitusque mutatio. In utroque igitur Monasterio omnes hi defectus reparandi sunt, Moniales hæc ad Ordinis, e quo sunt egressæ, quæque unus eorum Professionem firmare potest, vim ac rationem redire debent; si enim sancti Augustini Canonice non essent, earum Professio, Antistite peculiari auctoritate peracta, Concilio subsecroretur. Ergo ad Ecclesie ordinem in Tridentina Synodo definitum revertantur, & negotium totum Episcopo ingenue patefiant, ut ille ordinem ac disciplinam pro sua prudentia restituat, & prout cognoscet de rerum statu, qui ei accurate est explicandus, ut iudicet, quid utrique Monasterio utilius futurum sit.

Decisum Parisiis die 2. Novembris an. 1679. Aug. de Lamoignon.

C A S U S L X I I.

Religiosa Communitas laxata.

- 1. Moniales, laxitate, quæ haud ita multo ante irrepse, in præcipuis Regule articulis deficientes aberrant a recto tramite.
2. Vix fieri potest, ut laxitate cum Regule contemptu, & quod inde consequitur, cum morali peccato conjunctum non sit.
3. Conditiones, quæ ad legitimam Regule præscriptionem sunt necessaria.
4. Confessarii, qui per ignorantiam, vel per molliorem in eo statu Moniales detinent, eæci ac laxi sunt.
5. Moniales hæc, nisi se corrigant, absolvi nequeunt, ac Superiores ac male monendi sunt, ut ei præfati remedium afficiant.

Q U Æ S I T U M.

IN Communitate, in qua observantia semper servata erat solertia, cura, vigilantia Priorissarum, quæ eam antea administraverant, aliquot ab hinc annis faciliores Antistite minusque vigilantes existerent, quæ magnam inter juniores Moniales laxitatem irrepere passæ sunt. Quia porro non statim malo remedium allatum est, eo nunc demum ventum est, ut in hac Familia non desint, quæ fere nunquam Officium intermit, ab omnibus pene Ordinis observantias abstinent, atque adeo ne Missam quidem nisi festis, ac Dominicis diebus audiant, neque ad Sacramenta per integros menses accedant; quamvis earum Regule caput sit, ut eadem bis in hebdomada discipiantur. Malum hoc vulgo nunciam innotuit, Confessarii tantum & Monialibus id cognoscantibus. Seniores ingemunt, sed quid afferant remedia, proflus ignorant, quia nec respiciunt, nec admonitionibus auscultare juniores volunt.

Itaque I. queritur, utrum juniores hæc Moniales in proposito persistentes æternæ salutis vacare possint.

II. An eo prætextu, se ad mortale peccatum a Regula non obligari, possint in hac tanta laxitate deinceps vivere, quin mortalis peccati periculo sint obnoxii?

III. An Confessarii illi tolerantæ, ex eorum numero non fuerint, qui cæci cæcos ducunt, se ipsos perdentes?

IV. An Confessarii, qui sibi desine non vult, eas absolvere possint, dum in ea depravatione versantur, inique monita inutilia, omnique frugis expertia fore presumens convivere possint?

V. An quod increpate non fuerint Probationis tempore, legitima proinde excusatio nisi præsto sit, tamen seniorum discipline ac pietatis mordicus adherentium exemplum ob oculos habuerint?

Rogantur humillime Sorbone Doctores, ut decisionem ac sententiam suam hæc supplici Libello subjiciant, ad harum Monialium bonum, atque utilitatem certæ regule loco futuram?